

bolis in simili effectu: & sic evidenter obtinet, quod intendit, Corinthios abstinere debere ab esu idolothytorum, quia esus talis sit κοινωνία δαemoniorum, hoc est, mysticè eos faciat δαemoniorum socios: pariter ut esus panis & calicis consecrati in Eucharistia est κοινωνία corporis & sanguinis Christi, hoc est, mysticè eos facit κοινωνούς corporis & sanguinis Christi. Argutia denique Sophistarum necessariò absurdum illud importat, quòd si κοινωνία corporis CHRISTI, est corpus Christi oraliter edere, etiam κοινωνία altaris & δαemoniorum sit altare, & δαemonia oraliter manducare, quo nihil falsius & absurdius. Atque hæc de corruptelis hujus loci. Ad textum revertamur.

ALTERA PARS CA. 17^o

PITIS.

CORRECTIO ABUSUM

CIRCA SACRAM COMMUNIONEM.

17. **H**oc verò ita denuncio, ut vos non laudemus, quòd videlicet non cum emolumento, sed cum detrimento convenitis.

18. Prò-